ENCYCLOPÆDIA Diſciplinarum MATHEMATICARUM.

CAPUT I.

De Mathematices definitione nominali & reali.

ABſtruſa Mathematices penetralia (ſed non ſine καλῇ τοῦ δαίμονος τύχῃ) reſeraturi, duplici utemur clave, altera Definitionis: Diſtributionis altera.

2. Definitionis: tùm ὀνοματώδης, tùm πραγματώδης.

3. Ὀνοματώδης: Mathematica (ſub intellige τέχνην ſive ἐπιστήμην) vox Græca eſt orgine: uſu Latina. Nam ἀπὸ τοῦ μανθάνειν eſt μαθηματική, eaque etymologia reſpicit tùm diſcentes: tùm res diſcendas.

4. Diſcentes: tûm quia hæ diſciciplinæ apud veteres omnibus ingenu-